2026-11-22

TRADITIONAL LATIN MASS

MASS PROPERS: EMBER SATURDAY IN SEPTEMBER

MASS *Veníte* (violet)

INTROIT Psalms 94: 6-7 Veníte, adorémus Deum et procidámus ante Dóminum, plorémus ante eum, qui fecit nos: quia ipse est Dóminus, Deus noster. (Ps. 94: 1) Veníte, exsultémus Dómino: jubilémus Deo, salutári nostro. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Veníte, adorémus Deum et procidámus ante Dóminum, plorémus ante eum, qui fecit nos: quia ipse est Dóminus, Deus noster. *(after Kyrie eleison)* Orémus. Flectámus génua. R. Leváte.	Come, let us adore God, and fall down before the Lord: let us weep before Him Who made us; for He is the Lord our God. (Ps. 94: 1) Come, let us praise the Lord with joy; let us joyfully sing to God our Savior. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Come, let us adore God, and fall down before the Lord: let us weep before Him Who made us; for He is the Lord our God. Let us pray. Let us kneel. R. Arise.
COLLECT Omnípotens sempitérne Deus, qui per continéntiam salutárem corpóribus medéris et méntibus: majestátem tuam súpplices exorámus; ut, pia jejunántium deprecatióne placátus, et præséntia nobis subsídia tríbuas et futúra. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.	Almighty and everlasting God, Who by means of healthful abstinence dost heal both minds and bodies, very humbly we entreat Thy Majesty: be appeased by the devout prayer of those who fast, and give us help both now and for time to come. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. R. Amen.
LESSON Leviticus 23: 26-32 In diébus illis: Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Décimo die mensis hujus séptimi, dies expiatiónum erit celebérrimus, et vocábitur sanctus: affligetísque ánimas vestras in eo, et offerétis holocáustum Dómino. Omne opus servíle non faciétis in témpore diéi hujus: quia dies propitiatiónis est, ut propitiétur vobis Dóminus, Deus	In those days, the Lord spoke to Moses, saying: Upon the tenth day of this seventh month shall be the day of atonement, it shall be most solemn, and shall be called holy: and you shall afflict your souls on that day, and shall offer a holocaust to the Lord. You shall do no servile work in the time of this day: because it is a day of propitiation,

vester. Omnis ánima, quæ afflicta non fúerit die hac, períbit de pópulis suis: et quæ operis quídpiam fécerit, delébo eam de pópulo suo. Nihil ergo óperis faciétis in eo: legítimum sempitérnum erit vobis in cunctis generatiónibus et habitatiónibus vestris. Sábbatum requietiónis est, et affligétis ánimas vestras die nono mensis: a véspera usque ad vésperam celebrábitis sábbata vestra: dicit Dóminus omnípotens.

R. Deo grátias.

GRADUAL Psalms 78: 9-10

Propítius esto, Dómine, peccátis nostris: ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eórum? Adjuva nos, Deus, salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos.

Orémus.
Flectámus génua.
R. Leváte.

COLLECT

Da nobis, quæsumus, omnípotens Deus: ut, jejunándo, tua grátia satiémur; et, abstinéndo, cunctis efficiámur hóstibus fortióres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.
R. Amen.

LESSON Leviticus 23: 39-43

In diébus illis: Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens: A quintodécimo die mensis séptimi, quando congregavéritis omnes fructus terræ vestræ, celebrábitis ferias Dómini septem diébus: die primo et die

that the Lord your God may be merciful unto you. Every soul that is not afflicted on this day, shall perish from among his people: And every soul that shall do any work, the same will I destroy from among his people. You shall do no work therefore on that day: it shall be an everlasting ordinance unto you in all your generations, and dwellings. It is a sabbath of rest, and you shall afflict your souls beginning on the ninth day of the month:from evening until evening you shall celebrate your sabbaths: saith the Lord almighty.
R. Thanks be to God.

Forgive us our sins, O Lord, lest they should say at any time among the Gentiles: Where is their God? Help us O God our Savior, and for the glory of Thy name, O Lord, deliver us.

Let us pray.
Let us kneel.
R. Arise.

Grant unto us, we beseech Thee, almighty God, that fasting from food we may be filled with Thy grace, and by abstinence may become stronger than all our enemies. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
R. Amen.

In those days, the Lord spoke to Moses, saying: From the fifteenth day of the seventh month, when you shall have gathered in all the fruits of your land, you shall celebrate the feast of the Lord seven days: on the first day

Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

COMMUNION Leviticus 23: 41-43
Mense séptimo festa celebrábitis, cum in tabernáculis habitáre fécerim fílios Israël, cum edúcerem eos de terra Ægýpti, ego Dóminus, Deus vester.

In the seventh month shall you celebrate this feat, as I made the children of Israel to dwell in tabernacles, when I brought them out of the land of Egypt: I am the Lord God.

POSTCOMMUNION
Perfíciant in nobis, Dómine, quæsumus, tua sacraménta quod cóntinent: ut, quæ nunc spécie gérimus, rerum veritáte capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May Thy Sacraments, O Lord, we beseech Thee, effect in us what they contain: that we may retain in very substance what we now receive by outward sign. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

octávo erit sábbatum, id est réquies. Sumetísque vobis die primo fructus arbóris pulchérrimæ, spatulásque palmárum, et ramos ligni densárum fróndium, et sálices de torrénte, et lætabímini coram Dómino, Deo vestro. Celebrabitísque solemnitátem ejus septem diébus per annum: legítimum sempitérnum erit in generatiónibus vestris. Mense séptimo festa celebrábitis, et habitábitis in umbráculis septem diébus. Omnis, qui de génere est Israël, manébit in tabernáculis: ut discant pósteri vestri, quod in tabernáculis habitáre fécerim fílios Israël, cum edúcerem eos de terra Ægýpti. Ego Dóminus, Deus vester.

and the eighth shall be a sabbath, that is a day of rest. And you shall take to you on the first day the fruits of the fairest tree, and branches of palm trees, and boughs of thick trees, and willows of the brook, and you shall rejoice before the Lord your God. And you shall keep the solemnity thereof seven days in the year. It shall be an everlasting ordinance in your generations. In the seventh month shall you celebrate this feast. And you shall dwell in bowers seven days: every one that is of the race of Israel, shall dwell in tabernacles: That your posterity may know, that I made the children of Israel to dwell in tabernacles, when I brought them out of the land of Egypt. I am the Lord your God.

R. Deo grátias.

R. Thanks be to God.

GRADUAL Psalms 83: 10-9
Protéctor noster, áspice, Deus, et réspice super servos tuos. Dómine, Deus virtútum, exáudi preces servórum tuórum.

Behold, O God our protector, and look on Thy servants. O Lord God of hosts, graciously hear the prayers of Thy servants.

Orémus.
Flectámus génua.
R. Leváte.

Let us pray.
Let us kneel.
R: Arise.

COLLECT
Tuére, quæsumus, Dómine, fámiliam tuam: ut salútis ætérnæ remédia, quæ te inspiránte requírimus, te largiénte consequámur.

Guard Thy household, we beseech Thee, O Lord, that we may obtain by Thy gift those remedies of eternal health which we seek by Thine inspiration.

R. Amen.

R. Amen.

LESSON Michah 7: 14, 16, 18-20
Dómine, Deus noster, pasce pópulum tuum in virga tua, gregem hereditátis tuæ, habitántes solos in saltu, juxta dies antíquos. Vidébunt gentes, et confundéntur super omni fortitúdine sua. Quis Deus símilis tui, qui aufers

O Lord our God, feed Thy people with Thy rod, the flock of Thy inheritance, them that dwell alone in the forest, according to the days of old. The nations shall see, and shall be confounded at all their strength. Who

iniquitátem, et transis peccátum reliquiárum hereditátis tuæ? Non immíttet ultra furórem suum, quóniam volens misericórdiam est. Revertétur, et miserébitur nostri: depónet iniquitátes nostras, et projíciet in profúndum maris ómnia peccáta nostra. Dabis veritátem Iacob, misericórdiam Abraham: quæ jurásti pátribus nostris a diébus antiquis: Dómine, Deus noster.

R. Deo grátias.

GRADUAL Psalms 89: 13,1
Convértere, Dómine, aliquántulum, et deprecáre super servos tuos. Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie.

Orémus.
Flectámus génua.
R. Leváte.

COLLECT
Præsta, quæsumus, Dómine, sic nos ab épulis abstinére carnálibus: ut a vítiis irruéntibus páriter ieiunémus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

LESSON Zechariah 8: 14-19
In diébus illis: Factum est verbum Dómini ad me, dicens: Hæc dicit Dóminus exercítuum: Sicut cogitávi, ut afflígerem vos, cum ad iracúndiam provocássent patres vestri me, dicit Dóminus, et non sum misértus: sic convérsus cogitávi in diébus istis, ut benefáciam domui Juda et Jerúsalem: nolíte timére. Hæc sunt ergo verba, quæ faciétis: Loquímini veritátem, unusquísque cum próximo suo: veritátem et judícium pacis judicáte in

is a God like to Thee, Who taketh away iniquity and passeth: by the sin of the remnant of Thy inheritance? He will send His fury in no more, because He delighteth in mercy. He will turn again, and have mercy on us:· He will put away our iniquities,and He will cast all our sins into the bottom of the sea. Thou wilt perform the truth to Jacob, the mercy to Abraham, which Thou hast sworn to our fathers from the days of old, O Lord our God.
R. Thanks be to God.

Return, O Lord, a little; and be entreated in favor of Thy servants. Lord, Thou hast been our refuge, from generation to generation.

Let us pray.
Let us kneel.
R: Arise.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, so to abstain from carnal delicacies that we may likewise fast from the sins that overwhelm us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
R. Amen.

In those days, the word of the Lord came to me, saying, Thus saith the Lord of hosts: As I purposed to afflict you when your fathers had provoked Me to wrath, and I had no mercy; so turning again, I have thought in these days to do good to the house of Juda, and Jerusalem: fear not. These then are the things which you shall do, Speak ye truth every one to his neighbor; judge ye truth and judgment of peace in your gates; and let none

tua. Et impósuit illi manus, et confréstim erécta est, et glorificábat Deum. Respóndens autem archisynagógus, indígnans quia sábbato curásset Jesus, dicébat turbæ: Sex dies sunt, in quibus opórtet operári: in his ergo veníte, et curámini, et non in die sábbati. Respóndens autem ad illum Dóminus, dixit: Hypócritæ, unusquísque vestrum sábbato non solvit bovem suum aut ásinum a præsépio, et ducit adaquáre? Hanc autem fíliam Abrahæ, quam alligávit sátanas, ecce decem et octo annis, non opórtuit solvi a vínculo isto die sábbati? Et cum hæc díceret, erubescébant omnes adversárii ejus: et omnis pópulus gaudébat in univérsis, quæ glorióse fiébant ab eo.

OFFERTORY Psalms 87: 2-3
Dómine, Deus salútis meæ, in die clamávi et nocte coram te: intret orátio mea in conspéctu tuo, Dómine.

SECRET
Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut oculis tuæ majestátis munus oblátum et grátiam nobis devotiónis obtíneat, et efféctum beátæ perennitátis acquírat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMON PREFACE
Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérnæ Deus: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt

to her: Woman, thou art delivered from thy infirmity. And He laid his hands upon her, and immediately she was made straight, and glorified God. And the ruler of the synagogue (being angry that Jesus had healed on the sabbath) answering, said to the multitude: Six days there are wherein you ought to work. In them therefore come, and be healed; and not on the sabbath day. And the Lord answering him, said: Ye hypocrites, doth not every one of you, on the sabbath day, loose his ox or his ass from the manger, and lead them to water? And ought not this daughter of Abraham, whom Satan hath bound, lo, these eighteen years, be loosed from this bond on the sabbath day? And when he said these things, all his adversaries were ashamed: and all the people rejoiced for all the things that were gloriously done by Him.

O Lord, the God of my salvation, I have cried in the day and in the night before Thee: let my prayer come in before Thee, O Lord.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the gift in the sight of Thy majesty may obtain for us the grace of reverent devotion and secure eternal happiness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers

quæ non possunt juxta consciéntiam perféctum fácere serviéntem, solummodo in cibis, et in pótibus, et váriis baptismátibus, et justítiis carnis usque ad tempus correctiónis impósitis. Christus autem assístens póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis; neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptióne invénta.

R. Deo grátias.

TRACT Psalms 116: 1-2
Laudáte Dóminum, omnes gentes: et collaudáte eum, omnes pópuli. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: et véritas Dómini manet in ætérnum.

GOSPEL Luke 13: 6-17
In illo témpore: Dicébat Jesus turbis hanc similitúdinem: Arbórem fici habébat quidam plantátam in vínea sua, et venit quærens fructum in illa, et non invénit. Dixit autem ad cultórem víneæ: Ecce, anni tres sunt, ex quo vénio quærens fructum in ficúlnea hac, et non invénio: succíde ergo illam: ut quid etiam terram occupat? At ille respóndens, dicit illi: Dómine, dimítte illam et hoc anno, usque dum fódiam circa illam et mittam stércora: et si quidem fécerit fructum: sin autem, in futúrum succídes eam. Erat autem docens in synagóga eórum sábbatis. Et ecce múlier, quæ habebat spíritum infirmitátis annis decem et octo: et erat inclináta, nec omníno poterat sursum respícere. Quam cum vidéret Jesus, vocávit eam ad se, et ait illi: Múlier, dimíssa es ab infirmitáte

standing. Which is a parable of the time present: according to which gifts and sacrifices are offered, which can not, as to the conscience, make him perfect that serveth, only in meats and in drinks, And divers washings, and justices of the flesh laid on them until the time of correction. But Christ, being come an high priest of the good things to come, by a greater and more perfect tabernacle not made with hand, that is, not of this creation: Neither by the blood of goats, or of calves, but by his own blood, entered once into the holies, having obtained eternal redemption.
R. Thanks be to God.

O praise the Lord, all ye nations, and praise Him together, all ye people. For His mercy is confirmed upon us: and the truth of the Lord remaineth for ever.

At the time, Jesus spoke to the multitude this parable: A certain man had a fig tree planted in his vineyard, and he came seeking fruit on it, and found none. And he said to the dresser of the vineyard: Behold, for these three years I come seeking fruit on this fig tree, and I find none. Cut it down therefore: why cumbereth it the ground? But he answering, said to him: Lord, let it alone this year also, until I dig about it, and dung it. And if happily it bear fruit: but if not, then after that thou shalt cut it down. And He was teaching in their synagogue on their sabbath. And behold there was a woman, who had a spirit of infirmity eighteen years: and she was bowed together, neither could she look upwards at all. Whom when Jesus saw, He called her unto him, and said

portis vestris. Et unusquísque malum contra amícum suum ne cogitétis in córdibus vestris: et juraméntum mendax ne diligátis: ómnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dóminus. Et factum est verbum Dómini exercítuum ad me, dicens: Hæc dicit Dóminus exercítuum: Jejúnium quarti et jejúnium quinti et jejúnium séptimi et jejúnium décimi erit dómui Juda in gáudium et lætítiam et in sollemnitátes præcláras: veritátem tantum et pacem dilígite: dicit Dóminus exercítuum.
R. Deo grátias.

GRADUAL Psalms 140: 2
Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo, Dómine. Elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum.

Orémus.
Flectámus génua.
R. Leváte.

COLLECT
Ut nobis, Dómine, tríbuis sollémne tibi deférre jejúnium: sic nobis, quæsumus, indulgéntiæ præsta subsídium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.
R. Amen.

LESSON Daniel 3: 47-51
In diebus illis: Ángelus Dómini descéndit cum Azaría et sóciis ejus in fornácem: et excússit flammam ignis de fornáce, et fecit médium fornácis quasi ventum roris flantem. Flamma autem effundebátur super fornácem cúbitis quadragínta novem: et erúpit, et incéndit, quos répperit juxta fornácem de Chaldaeis, minístros regis, qui eam incendébant. Et non

of you imagine evil in your hearts against his friend; and love not a false oath; for all these are the things that I hate, saith the Lord. And the word of the Lord of hosts came to me, saying, Thus saith the Lord of hosts, The fast of the fourth month, and the fast of the fifth, and the fast of the seventh, and the fast of the tenth, shall be to the house of Juda joy and gladness, and great solemnlties; only love ye truth and peace: saith the Lord of hosts.
R. Thanks be to God.

Let my prayer be directed like incense in Thy sight, O Lord. The lifting up of my hands as even sacrifice.

Let us pray.
Let us kneel.
R: Arise.

As Thou dost give us the grace to offer Thee, O Lord, a solemn fast, so grant us, we beseech Thee, the assistance of Thy pardon. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
R. Amen.

In those days, the angel of the Lord went down with Azarias and his companions into the furnace, and he drove the flame of the fire out of the furnace, and made the midst of the furnace like the blowing of a wind bringing dew. But the flame mounted up above the furnace nine and forty cubits: and it broke forth, and burnt such of the Chaldeans the king's

tétigit eos omníno ignis, neque contristavit, nec quidquam moléstia íntulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudábant, et glorificábant, et benedicébant Deum in fornáce, dicéntes:
R. Deo grátias.

CANTICLE Daniel 3: 52-56
Benedíctus es, Dómine, Deus patrum nostrórum. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.
Et benedíctum nomen glóriæ tuæ, quod est sanctum. Et laudábile et gloriósum in sæcula.
Benedíctus es in templo sancto glóriæ tuæ. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.
Benedíctus es super thronum sanctum regni tui. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.
Benedíctus es super sceptrum divinitátis tuæ. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.
Benedíctus es, qui sedes super Chérubim, íntuens abýssos. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.

Benedíctus es, qui ámbulas super pennas ventórum et super undas maris. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.
Benedícant te omnes Angeli et Sancti tui. Et laudent te et glorífícent in sæcula.
Benedícant te cæli, terra, mare, et ómnia quæ in eis sunt. Et laudent te et glorífícent in sæcula.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Et laudábili et glorióso in sæcula.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen. Et laudábili et glorióso in sæcula.

servants as it found heating it. And the fire touched them not at all, nor troubled them, nor did them any harm. Then these three, as with one mouth, praised, and glorified, and blessed God in the furnace, saying:
R. Thanks be to God.

1. Blessed art Thou, O Lord, the God of our fathers, praiseworthy and exalted above all forever.
2. And blessed is Thy holy and glorious name, praiseworthy and exalted above all for all ages.
3. Blessed art Thou in the temple of Thy holy glory, praiseworthy and glorious above all forever.
4. Blessed art Thou on the holy throne of Thy kingdom, praiseworthy and exalted above all forever.
5. Blessed art Thou upon the sceptre of Thine divinity, praiseworthy and exalted above all forever.
6. Blessed are Thou Who look into the depths from Thy throne upon the Cherubim, praiseworthy and exalted above all forever.
7. Blessed art Thou Who walk upon the wings of the wind, and on the waves of the sea, praiseworthy and exalted above all forever.
8. Let all Thine Angels and Saints bless Thee, and praise Thee and exalt Thee above all forever.
9. Let the heavens, the earth, the sea and all the things that are in them bless Thee, and praise Thee and exalt Thee above all forever.
10. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, praiseworthy and exalted above all forever.
11. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, forever and ever. Amen. Praiseworthy and exalted above all forever.

Benedíctus es, Dómine, Deus patrum nostrórum. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.

Dóminus vobíscum.
R: Et cum spíritu tuo.

COLLECT
Deus, qui tribus púeris mitigásti flammas ígnium: concéde propítius; ut nos fámulos tuos non exúrat flamma vitiórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.
Orémus.

EPISTLE Hebrews 9: 2-12
Fratres: Tabernáculum factum est primum, in quo erant candelábra, et mensa, et proposítio panum, quæ dícitur Sancta. Post velaméntum autem secúndum, tabernáculum, quod dícitur Sancta sanctórum: áureum habens thuríbulum, et arcam testaménti circumtéctam ex omni parte auro, in qua urna áurea habens manna, et virga Aaron, quæ frondúerat, et tábulæ testaménti, supérque eam erant Chérubim glóriæ obumbrántia propitiatórium: de quibus non est modo dicendum per singula. His vero ita compósitis; in priori quidem tabernaculo semper introíbant sacerdótes, sacrificiórum offícia consummántes: in secundo autem semel in anno solus póntifex, non sine sánguine, quem offert pro sua et pópuli ignorántia: hoc significánte Spíritu Sancto, nondum propalátam esse sanctórum viam, adhuc prióre tabernaculo habénte statum. Quae parábola est témporis instántis: juxta quam múnera et hóstiæ offerúntur,

12. Blessed art Thou, O Lord the God of our fathers. And worthy to be praised and glorified forever.

The Lord be with you.
R: And with your Spirit.

O God, who didst deaden the flames of fire for the three children: mercifully grant that the flame of vice may not consume us Thy servants. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

R. Amen.
Let us pray.

Brethren: There was a tabernacle made the first, wherein were the candlesticks, and the table, and the setting forth of loaves, which is called the holy. And after the second veil, the tabernacle, which is called the holy of holies: Having a golden censer, and the ark of the testament covered about on every part with gold, in which was a golden pot that had manna, and the rod of Aaron, that had blossomed, and the tables of the testament. And over it were the cherubims of glory overshadowing the propitiatory: of which it is not needful to speak now particularly. Now these things being thus ordered, into the first tabernacle the priests indeed always entered, accomplishing the offices of sacrifices. But into the second, the high priest alone, once a year: not without blood, which he offereth for his own, and the people's ignorance: The Holy Ghost signifying this, that the way into the holies was not yet made manifest, whilst the former tabernacle was yet